



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quæ sine litteræ Apostolicæ pro beneficiis vacantibus & qualiter  
concedantur. §. 1

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

## §. I.

Quæ sint litteræ Apostolicae pro beneficiis vacan-  
tibus, & qualiter concedantur.

1. *Rescripta Pontificia alia sunt in forma gratiosa, alia in forma digni. Et quæ hec sint.*
2. *Alia vocantur grata, si neurii, si alteri, si nulli.*
3. *Alia dicuntur rescripta, Rationis congruit.*
4. *Alia nuncupantur noua prouisio, alia simplex prouisio.*

**L**itteræ Apostolicae, seu pontificia rescripta de beneficiis vacantibus sunt in multiplici differentia. Alia expediantur in forma pauperum, quia paupertas allegata de beneficio prouideris, quæque vocantur rescripta iustitiae non quia obligavit Pontifex ea concedere, cum ea gratis, & liberaliter praestet. Sed quia iustissimum, & exquisitum est, ut pauper eleto, & ad ordinem promoto beneficium concedatur. Itemque vocantur rescripta secundum Apostolicam, quia eorum initium est, cum secundum Apostolicam qui alii ferunt, &c. Alio vocantur rescripta gratae, quia nulla paupertas mentione facta beneficia concedantur. Deinde aliae ex supradictis litteris Apostolicis nuncupantur in forma gratiosa, aliae in forma digni. Informa gratiosa sunt, que prouidum dignum beneficio supponunt, in forma digni, que dignum petunt post diligentem examinationem iusueniti.

2. Pateræ sunt alia rescripta, seu litteræ Apostolicae, quæ vocantur, si alteri, si neutri, si nulli, eo quod hanc clausulam contineant. Rescriptum namque si alteri est, cum super aliquod beneficium cum altero litigias, & mentione litis facta impetrat à Pontifice, ut tibi beneficium conferatur: tale rescriptum, quia clausulam, & condictum habet, si alteri ius in beneficio quæsumum non fuerit, sicut rescriptum, si alteri. Rescriptum si neutri, est cum iure litigante, & tertius impetrat à Pontifice, ut ibi beneficium conferatur ea conditione, ut neutri litiganti ius quæsumum fuet. Rescriptum vero si nulli, est cum plures litigant, ut vobis impetratis à Pontifice beneficium, si nulli eorum ius in beneficio competit. Hæc autem rescripta, si neutri, si nulli, si alteri item in beneficio supponunt, ut de se constat, & illius mentio necessario facienda est, ut rescriptum impetrari possit. Azor. 2. part. infit. moral. libro septimo, cap. 32. quæst. 8. Item eis durante lice impetrantur, ut effectum forent non possint, quoque lis finita fuerit, & declaratum ius in beneficio, vel ad beneficium non competit; Alteri, Neutri, vel Nulli. Nam durante iuri sua in beneficio, que ad beneficium rescripta, impetrantibus non prouident. Quia Pontifex non intendit iuri quæsto derogare, & beneficia cum aliorum damno prouidere, iuxta reg. Cancell. 16. de non tollendo ius alteri quæsumum. Rebuffi in praxi benefic. 1. tit. de rescriptis, si Neutri, &c. 10. Azor. supra.

3. Rursum est aliud rescriptum Pontificium vocatum *Rationi congrui*, eo quod illa verba sunt illius initium. Hoc autem rescriptum supponit Pontificem prædecessorem gratiam concessisse, per scripturam tantum ab ipso signatam, vel saltem per verbum pati, neque illam gratiam existimat esse, non tamen litteras expedit: successor vero cognoscens testium probatione hanc gratiam esse factam; litteras expedit hoc tenore. *Rationi congrui*, conunit honestati, ut ea quæ de Romani Pontificis gratia, &c. Rebuffi, prax. benefic. part. 1. tit. de gratia ratione congrui. Azor. 2. part. lib. 7. c. 3. q. 7. Quocirca in impetratio huius rescripti ea omnia exprimenda sunt, quæ in prima impetratio necessario fuerint expressa. Quia est rescriptum autoritatem præbens primæ concessionis, Rebuffi. n. 22. Azor. q. 10. Dixi hoc rescriptum concedi à successore, quod non est ita intelligendum, ut necessario debet esse immediatus: nam eto mediatus sit, concedere rescriptum potest, cum eadem si ratio, Azor. q. 11.

4. Item est aliud rescriptum vocatum noua prouisio, aliud vocatum simplex prouisio. Rescriptum vocatum noua prouisio, est, quo Pontifex prouisioem ab inferiori factam confirmat, eo quod impetrans dubius aliquipotest est, an prima prouisio effectum habeat. Quocirca ad hoc rescriptum obtinendum necessarium est, ut impetrans ignorans sit nullius prioris prouisionis, imo potius requiriatur, ut præsumatur, esto dubitante primam prouisionem validam esse, cuius apud Pontificem mentionem facere debet; quia in illius confirmatione rescriptum impetrar. At si sucessu temporis prima inferioris prouisio nulla esse declaratur, non obinde nova prouisio à Pontifice facta perit, quia est æque principalis, ac prima quoad substantiam, esto quod concessionem accessoria esse videatur. Hoc rescriptum novæ prouisionis dari non solet frequenter, ut colligitur ex sexu in cap. quin. & cap. post electionem de concess. præbenda. Excipiuntur tres causæ, videlicet vno beneficiorum, cum dubitatur, an legitimè fuerit facta ab inferiori beneficiorum, seu præceptoriarum S. Ioannis Hierosolymitanæ, & aliarum factarum militiarum prouisio, & sanctimonialium electio: pro reliquo vero causis non solet hoc rescriptum concedi, ut la-

tius hac omnia prosequitur Rebuffi. *Praxi benefic.* 1. part. titul. de noua prouisione & simplicitate numeri primo & seqq. Azor. 2. part. infit. moral. lib. 7. cap. 31. q. 7. Simplex vero prouisio est, quæ nullam aliam validam prouisionem supponit, solumque iusta facta beneficij vacancis conceditur: sic Rebuffi, & Azor. supra.

Denique est rescriptum à Pontifice concessum vocatum, *perinde valere*, eo quod virtute illius concedit Pontifex, ut retemperatur in se concessum, quod ex aliquo capite nullum fuit, vita obtineat, & perinde valeat, ac si principio validè expediret suisset, nullusque in illius impetratio defectus committatur. Quapropter ea omnia, ob quæ primum rescriptum valere caruit, in hoc secundo rescripto nuncupato, *perinde valere*, exprimenda sunt, alioquin nullus effectus erit. Azor. 2. part. infit. moral. lib. 7. cap. 31. quæst. 1. 3. & 4. & seqq. Quod si insuper aliud impedimentum contrahit, eo quod concilii nullitas prioris prouisionis possessionem accepit, utrum beneficij in sui utilitate consumptus, obligatus est huius intronis mentionem facere, Azor. quæst. 5.

## §. II.

Qui sunt executores litterarum Apostolicarum, & quæ eorum potestas.

1. *Qui soleant executores gratiarum designari.*
2. *Qualis sit hoc designatio.*
3. *Debet esse canonici Cathedralis Ecclesie, vel in dignitate constituti.*
4. *Eligitur hic index per presentationem authenticam litterarum originalium, vel alias authenticarum.*
5. *Si hic designatus index prouisionem facere omituit intra 10. dies designatus, potest prouisus ad secundum executorum recurrere.*
6. *Si istius primus executor denegat prouisionem, non potest secundum recurreri.*
7. *Quatinus duxit executorum potestas.*
8. *Prouisus si sentit se gravatum a primo executor, neque potest ad secundum recurrere, necessario ad Pontificem recurrere debet.*
9. *Excepit Garcia, si denegetur prouisio ob reprobationem ex-ministrorum, sed non admittitur.*
10. *Si prouisus effus ab ordinario, & prouisus Apostolicum non perturbat, quid tibi faciendum est?*

1. Nec prouisores beneficiorum non inservit locum teste-  
iij, quibus à fide Apostoli commititur exercitio prouisio-  
nibus alius beneficij vacantis. Pontifex namque prouides  
aliquem de beneficio vacante, solet committere hanc execu-  
tionem prouisioem vel ordinario loci, vbi beneficium rebo-  
rit, vel quem prouisus petit, & designat. Quod si hic ordinarius de-  
signatus, & designatus intra 30. dies prouisioem non crea-  
tur, ne prouisio effectu caret, concedendum litteræ executores  
Episcopo viciori, seu eius vicario, cum integra vota coda  
commissione.

2. Duplex est hoc executio designatio iuxta diuersam be-  
neficij prouisioem. Si enim prouisus approbauerit Pontificis,  
eique beneficium consulerit, quin executor tenetut digna-  
tem prouisum explorare, neque aliud facere, quam eum in pos-  
sessionem mittere; est designatio nuncupata in forma gratiosa.  
Quia gratia collationis facta executori constituitur illo ex-  
ecutio. Ibi prouisus in possessionem immisso. At si à Pontifice non  
est adæquata facta collatio, sed facienda executori remittit,  
si prouisum dignum inveniat, designatione executoris nuncu-  
patur in forma digni. Qui sub conditione, quod prouisum  
dignum inveniat, beneficij collatio facienda remittit. Sed in  
haec designatione sine gratia facta, vel facienda, percutiente  
te concedentio re integræ. Itemque an commissarius vicario Episcopi  
pollii ab Episcopo expediti, aut contra, vel transaneo in locali-  
fore, vel in capitulum sede vacante, latè diximus, trist. 1. legib.  
diff. 4. punct. 16.

3. Hi executores debent esse Canonici Ecclesie Cathedralis,  
vel alias in dignitate constituti, iuxta textum in cap. statutum  
de rescript. in 6. Negoc. oblatæ ex forma mandati plates conce-  
ratum ad collationem faciendam, possessionemque conceden-  
dam, quæ nullam judiciale cognitionem requiriunt, quoniam  
debet supradictam qualitatem habere. Tum quia ita lie-  
bit fyllos Rota, & Cancelaria. Tum quia ferè semper partes  
iudicis assumunt: eo quod regulariter adiut intrus, vel alias,  
qui executionem contradicunt: ob quam causam non sunt meti  
executores, sed mixti cum potestate iudicandi, & cognoscendi  
de causa executionem impudente. Quocirca autem executor  
partes iudicis assumere potest, co ipso index delegatus est, ut  
bare debet qualitates relatas in cap. statutum: & ita sentit, &  
latè probat Nauat. in cap. cum coningat, de rescript. in 6. cap.  
3. cap. a nullitatibus. Neque valer solitus Garcia 6. part. de benefic.  
cap. 2. num. 106. affirmans illi executoribus colum secundario,